

Arasara

LASIVS an Lasi curarum mole Magister.
 Illis in aulam Tököli
 Illius d' Magni! qui dudum prepes amatis
 Invitat ad se brachis!
 Ibis! sollicito curatus pectore Mysta.
 Ibis reverende Tököli!
 Ceu quem veluolis juvenem suspirat ab undis
 Adejse Mater adibus.
 Sic fors fausta tuum possit Clarissime LASI
 Cidarim beatus cernere.
 Ibis! Sylva farve! frondes, Philomela, loquaces
 Favete ceteris Musici,
 Te felix operum LASI comitetur in aulam
 Sepes! vigete Lilium!

His paucis affectu tamen magno Honori sacro
 apparabatur.
GEORGIUS DUDARI.



NABLION
 ab
INCOLIS PARNASSI FRAGARIE

dum,
Solemnitatem Nuptialem
VIR MAXIME REVEREND, CLARISSM. AMPLISSIM.
D N.

IOHANNES SARTORIUS
ECCLESIAE EPPERIENSIS PASTOR
 nec non ejusdem ac Lycæi Inspector primarius

quartum,
S P O N S V S

Ut, &
NOBILISS; suiq; Sexus VIRTUTIBUS ORNATISSIMA FOEMINA

ROSINA Franckenstein /

VIRI quondam NOBILISS, PRÆCLAR. atq; CONSULT.

Dn. M. CASPARIS LEHMANNI,

INCL. REIPVB. CASSOV. SENAT. PRIMARI,

longè MERITISS. Relicta Vidua

S P O N S A

felicitè celebrarent

animatum

Anno Mense & die

quo
Fax IVni qVInDena noVIs hyMenela saCrIs
QVarto obIt, phthongos eXhIbVITq; faVor.

CASSOVIA,

Apud Iohann. David. Türsch.



Ardua curvatur denso sub pondere quercus,
 Victrix sed surgit grandi sub pondere Palma.
 Palma es, bis gemino surgis sub pōdere, SPONSUS.
 Nunc ne succumbas amplexu comprime pondus,
 In teneræ vultûs vitis mox pondus abibit.
 Sic vitis Palmam, sic vitem Palma fovebit,
 Tempore sic certo Te fertilitate beabit.

Zona Gasterio. Turoc. Totpron.

Quid fiet Amor fors scire anhelas?
 Roma docet. Hanc cita salutes
 Rota facis. Non est hyems
 Tristis, sed ætas termino
 Carens. Nec est lethum sed ætas
 Perpetua, pervio caloris
 Rivo, propè & longè fluens,
 Spinis & in rosis virens.
 En indicem nitentis hujus
 Facis duorum vinculum, qui
 Longè manentes Theseam
 Fidem foverent. Adamantina hæc
 Semper cluat casus ad omnes
 Nec tristibus rebus rigescat

Pre.

9 oct

m. 0. 318

Precor. DEO jam vivite
 Feliciter! feliciter!

Johan. Simonide Seep: Teplie.

Idalius Nymphæ Reprimit jam Nænia Vultus!
 Orditurque Novos Optatus Amicus Amicæ
 Hymnos. Eja metra his Socient Vocalia Nymphæ
 Aonides! Sponsis Invitent Inde Tonantem.

Georgio Strakotzio. Ponic.

IOHANNES SARTORIUS, PASTOR
 ECCLESIAE FRAGOPOLIENSIS supremus ac Dignissimus,
 Inspector celebris Lycei ut Primus ita etiam gravis atque opti-
 mus, denuò *Maritae* SPONSUS.

aváye.

Eja Torum renovat Coetûs Primaria Lampas!
 Aspira DEUS his coeptis, Nuptosque serena.
 Ignis sit bellus, stygiae fur pessimus Arcis
 Migret, lo! crux cedat, lo! nos ponimus ens

Erutum à Paulo Michaelis Typt.

aváye

IOHANNES SARTORIUS SPONSUS.
Virtus Rosa ZONA IN SPONSA.

Virtus clara Rosæ justo dum sidere claret
 Et Roseo vernans hortus odore flagrat.
 Virtutis sociam tædarum jure repolcis
 SARTORI: Zona hæc sit benè vincta precor!
 Quam non ulla suo rumpat discordiâ nixu;
 In Sponsa Sponsi fac rata vota DEUS.

Georgio Horvath Hung: Transdan.

A 2

Rosi

Rosina nos rosarum;
Deusque flosculorum
Tu cor meum ligasti,
Penitusque vulnerasti
Odore seu pudoris;
Odore seu coloris,
Quis sic superbis inter
Sexus Tui corollas
Ut sola sis corolla

Pudoris ac odoris;
Ah Tu Tuum Rosina
Da cor mihi vicissim!
Accede Sponsa pectus
Amore vulneratum.
Tu, Tu, hocce vulnus atros
Tuo leves favore
Tuo leves amore;
Et candido colore.

Tobia Mastnicio Lipsio.

Sirma triplex nunc Te fecit quater esse beatum
Scilicet anteeunt nubila Solis equos
Gaudia quadruplici fauste Tibi sorte redundant
Gaude, nam fragrat, iam Tua Ivave Rosa.

Jeremia Polani Berse.

Pectore da plausum, da plausum corde IOHANNES
Ac plausum gemina Sponsa subinde Rosa
Vos quoniam summi junxit moderator Olympi,
Hic vester clypeus, praesidiumque fiet.

Johannes Braxatoris Banov.

Rosina Claro iungitur en Viro!
Adsit sacratus Thespiadum Chorus
Adest: IOHANNI & Sponsam amicam
Tea quoque Coslituum precatur.

Paulo Marklovski Turco.

Suscipe quod Xenium gratò de pectore mitto,
Id mihi munificum Musa patrona dedit.

Macte

9 oct
m. 0. 318
**Macte pro noviter victus dulcoris amore
Crescas Theleo pectore junctè Roiz.**

Jacobo Neschutt Vetusot.

Qui vocem? placidos, & nube, ac lite carentes
Vivat, vivat, io! Sponsus uterque diis.

Georgio Fabiani Hlinie.

IOHANNES ROSINA.

ἀγάθη.

Ora, an in SENIO.

Oras stelligeri Sponse parrem Poli,
Ut partem viduo sufficiat toro?
An quæ delictum nunc fiet? aut magè
Ingens in senio sit columen tuum?
Fiat! Fiat! io! blanda Cypris tibi
Forti delictum, subsidium seni.
At Tu Sponse Tuæ Praesidium & decus
Esto siderei donec amor Patris
Vostandem rutilum transvehat in polum?

Jacobo Grynzo Cibin.

Adsit Dianæ svera benignitas
Proleque Latonæ, Venus ac Hymen,
His qui suastædas tuosque
Hisce volunt placidè tueri,
At clare Mystes sufficiat tibi
Miranda blandi gratia IESULTI:
Hic Te salute gratiaque firma,
Innumerisque bonis beabit.

Martino Bivolini Fesebis.

Classicum Amoris.

FUdunt en fundunt rabidas incendia flammæ
Hostis adest, cui frons, casariesq; micant.
Eja adferre citi flammæ, occurrere flammæ:
Sola has nam flammæ, flamma necare potest.
Ah uxor nimium, & tanta vehementius uxor
Quanto qui me uxor segnior ignis adest.
Hinc calor, hinc algor, non hic, verum ille calorens
Proscribet, flagro quo excruciorq; nimis.

Melchior Smrtnik Brizn.

Raptet corda furor careat Tua femine vita,
Blandus amor pereat, cruce fors prædivite constet.

Enigma.

Sum, non sum; fueram, nec eram; nec deinde futurus:
Attamen en porrò fraga novella legam.

Georgio Grünstein Novisol.

Ecce tibi jucunda Rosam dat Flora nitentem:
Impigro nitidam pollice carpe rosam
Quam nec Bruma necet, validus nec Turbo fatiget,
Blanda ROSINA novæ, det tibi mille rosas.

Joh. Dives Arven.

Lætus, charus, amans, vireas Reverende nitesce
Jovæ, ROSINÆ, populo, famâ, gravitate.

Joh. Stephanide Zarnovienz.

O Pater Omnipotens Summus Moderator Olympi!
Adsis Conjugibus, qui tua Sacra colunt.
Concedas, placidam possint ut vivere vitam,
Fac, hos tranquillos, semper habere dies.
Vivant concordés, vivant per secula multa,
Quod tribuat Dominus, corde precante vover.

Nicplam Pasoczij Marais.

teliz

9 jel

m. C. 318

Felix, ô felix es, terque quaterque beatus!
Nam Deus ecce vices tristes commutat in annos
Nunc iterum latus, miseræ & fastidia vitæ
Tristitiamque tori, læta in Connubia vertit.
Nil mirum. Sic namque solet miscere sereno
Nubila, sic sociare arctis solatia curis.

Daniele Frankovic Murais.

Dialogus

S P O N S I E T S P O N S A .

SPONSA. Dic age, quid cupias quæ munera poscis amice?
Fragari flagrans flosque decusque chori.
Annulus in digito Sponsalia munera fulget,
Dic rogo quid cupias? lux mea, vita mea!

SPONSUS. Surge, veni dilecta veni; formosa Columba,
Aurea non cupio munerâ, sed nec opes.
Cor cupio dilecta tuum, Rosa, pectore casto,
Hoc mihi des, satis est, hoc petijisse modo.

Johanne Fodor Senicens.

I O A N N E S S A R T O R I V S .

araze.

ROSYNA Janos, tueri.

EN! cui venerandum populos dedit Tueri
Sanos Genus æqui, celebri ROSINA dote
Adjungitur. Annos Pyllos uterque salvi
Æquate bonâ pace, create vos Nepotes,
Tandem voveo inter Proceres sedete Olympi

Ambrosio Martio Cibm

Floreta

Floreta verno cœu Rosa tempore
Protrudit inter spicula sentium;
Sic inter osorum furores
Det rosulas tibi Rosa multas
Virtutis ô **V**ir Sol decus entheæ!
Nitens decori splendor Apollinis
Lucere Jova Te, Tuamque
In senium iubeat velitque.

Joh. Agnero Brisnen.

Tur ut amissa luget sua conjunge fata
Atque novæ rursus gaudet amore frui:
Tu quoque mœrebas, socia sed sorte reperta,
Plaudito. Fœcundus sit sine lite Torus.

Stephano Kabotzi Sempron.

Dona ferunt multi missis & dotibus ornât
Fœdera Conjugij, fœderum firma Tori
Ast quid ego? nisi cuncta precer, pro munere magno
Fausta, novo junctis, fœdere Conjugibus:
Este pares & ob hoc concordet vivite: nam vos
Et **D**eus & virtus, & sociavit amor.

Elia Hadero Rustens Ung.

Te fuscò mœstum Lachesis donârat amictu
Vxoris filum vitæ dum rupit amata.
Sed ducta Sponsa lugubria Symbata cedunt,
Ordine jam Parca Neonymphis ducite longo;

Laci-

9
m. 2. 318
Lætitia, laudum, pietatis flamina amoris
Ambrosiâ tandem hos **D**eus alme & Amystide pota.
Georgio Divitis Zernoviens.

Johannes Sartorius

ἀνάγ.

In horto Seria sanus.

In flores vultum roscos horto relevatos
Qui jacit, is sanus fiet nam Seria tractat.
Hæc tibi Serve **D**EI Numen concessit & ultrò
Dum castæ viduæq; Rosæ Te flore beavit.
Carpe diu florem, cupio, Tu Nobile stemma
Sanus in hoc horto videas ut Seria quæque.

Joh. Vodnano Szakole.

Ecquid Musa novi? quid quæso juba dicant?
Tantaque lætitiæ quid sibi signa volunt?
Bellè res cecidit votis. **S**ARTORIUS ecce!
Felix nunc quartum Vincula Sancta subit.
Sponsis det Christus multas numerare Calendas
Amborum firmus Pectora jungat hymen.

Samuele Stephanoci Arven.

Mysta Sacer vicissim
Nunc laboris dulce gravis forte petis levamen?
Dum tibi, amore Nuptam
Ore gratam, more piam, jungis, honore claram,
Carmina non feram, sed
Vota. Felici faveat sidere Jova ceptis
Sic pietas perennis,
In toro Concordia vestro, sit amorque verus.

Martino Lepi Bisfricio Transil.

B

Inclyta

Inclita sollicitis Votis Ego numina posco
Huncce velint Sponsis ritè beare torum.
Et ceu Vulcano frigus pectè levatur:
Sic horum pariter jam relevetur onus.

Ioh. Mikletzio Pova.

Melliflua abnidum Musæ dum Carmina fundunt:
En Ego demissâ flagito voce DEUM!
Scilicet, ut Pylios Sponsi concorditer annos
Vivant, quos Thalami pignora læta beent.

Matthæo Miklian Tarocenz.

Vir Venerande procul tristes dispellito curas
Atque DEO lætus pectore vota feras.
Jungitur ecce tibi dilecta, pudica, venusta
Sponsula, quæ tecum, prospera multa feret.

Andrea Cordos Arvent.

Flos sVaVis Myrtæ: sponso fert festa laCrata
Ætherlæ spirans gratos pletatis oDores.

Paulo Platani Muotoviencz.

Imber ut in terram de lapsus non sit inanis
Sic tua Vox summo, Vir, pie, missa Patri.
Casta, pudica, Tibi claro de stemmate Conjux,
Mittitur ò faustos cernite uterque dies.

Petro Schulero Cib. Trans.

Fata monent, Scriptura docet, veneranda vetustas
Ne viduus svadet, sit, maneatque Torus.
Sit censura procul, Torus hæc renovatur, in annos
Nestoris ah duret mente favente precor.

Georgio Feingero Cib. Trans.

Thyrsigeni siquidem generosa Propago Lyæi
Ignigerampinum succendit: ducite Nymphæ
Dilecti Patriæ Cives, ac vota Marito

Fundite

9 oct
m. 0. 318
Fundite: quo læti Tithonia tempora cernant
Siderei que Patris tandem revehantur in aulam.

Casparo Phætrea Siles.

Vota secunda negat cujusdam Præbiter Urbis,
Quanta sed insignis Præbiter hicce pesit
Ibenè! Formosam Thalami adjuuge ROSINAM
Rejugulans dicti verba profana viri.

Iohann: Pattantius Cassov: Vng: Nob.

Dicite Pierides: Vivat per secula Mystes,
Et vincat Sponsus Nestoris iste dies.
Hunc tua, quam ducit reddat post prole beatum
Inque dein rutilò vivat uterque Polo!

Elia Bubenka Exetnek.

Logogrypl.

Deme Caput, fluctus trahet: ast adde, inde voluptas
Profluet, & mæstæ copia magna rei.
Si pes solus erit, quæ cuncta Jehova sacerto
Finxit, erunt, lætus surget & inde torus.

Martino Cochlatz Neozol.

Adeste Musæ! currite jugiter
Claroque Janò gaudia fundite,
Quas nutrit hortus Phœbi amœnus
Legitimo Thalamo favete!
Verùm tori dum Vincla jugalia
Subis, beatos jam numeres valens
Annos, deinceps luce cassus
Templa superna petas vovemus!

Michaelc Uhrin Mont. Val.

Non Codex tantum simul experientia clamat:
Vix faustè viduum vivere posse Virum.

B 2

Ergò

Ergo age Lux Patriæ sociam Tibi junge ROSINAM
Ut bellos Soles, ducere ritè queas.

Andrea Gallikio Rosinaw.


Sic est; sapè suos exercet Jova ministros
Quod tua SARTORI fors iterata probat,
Ter siquidem dulci viduatus conjuge, quartam
E Jovæ dextrâ cuncti potente capis.
Hancce diu, voveo! teneas virtute coruscam,
Damnosâ vestri sint sine nube dies.

Joh. Szent Péteri Eper. Ung. Nob.

Felix! atque iterum felix suavissime Sponse,
Quem labris vultu, Casta ROSINA colit.
Felix ô felix & tanto digna Maritò
Sponsula! Felices vivite uterque dies!

Jos. Rannefelds Gram.

F I N I S.



10 jel.
n. 5. 318

Vota
NUPTIIS AUSPICATISSIMIS
VIRI REVERENDI DOCTISSIMI
DN. PAVLIKRAY
FATO DIVINO ECCLESIAE SCLAVORUM
apud Bartphenses Diaconi Dignissimi,
vigilantissimi,
SPONSI
ET
LECTISSIMAE PUDICISSIMAEQ;
VIRGINIS
ELISABETAE
VIRI AMPLISSIMI CONSULTIS-
SIMI
DN. FACOBI KLÓSZ
REIPUBLICAE BARTPHENSIS
gravissimi meritisissimi Judicis
FILIAE UNICAE DILECTAE
SPONSAE
dicata
Anno, Mense, Die,
Vt qVartVS nobIs VenIt FebrVarIVs aXe
1659. TVM CraJo Sponso Sponsa VenVta Data.